



SANCTISSIMÆ,  
ET CHRISTIANISSIMÆ  
ECCLESIAE GALLICANÆ, EIVSQVE  
ILLVSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS

Antistitibus, ac ceteris Venerandis sacri

*Bibliothecæ* *Contra* Cleri Ordinibus, *Paulo*

HENR. SPONDANUS Æternam felicitatem.



*V*M olim in priora volumina præclarissimi  
Annalium Ecclesiasticorum Conditoris,  
CÆSARIS BARONII, incidens,  
ingenti cum animi delectatione percurrissem,  
et dum alia alijs adderentur, illud ipsum  
studium eadem voluptate persequever; ac  
demum sentiens, quæ mihi principio facilem  
rerum perceptionem exhibebat, memoriam,  
paulatim earum copiâ gravatam, ut magis  
uberem, sic minus dispositam se præbere: huicque dispedio meo provide-  
re quærens, cœpisssem eadem volumina in privatum compendium redi-  
gere, et divino auxilio cœptum peregisssem: Inde proprio exemplo edo-  
ctus, quam sit eorum operosa lectio, quaque sui multitudine et magni-  
tudine, non solum fastidiosiores, sed et maxime cupidos, detertere pos-  
set: ac re cum ijs, quorum præcipue vel intererat, vel erat de ijs iudicare,  
communicata, iussioni ipsiusmet eorum Conditoris, et hortationibus a-  
liorû, si ve cedens, si ve confidens, proposuisssem Opus, ab alijs quoque an-  
te hac tentatum, a nemine perfectum, ex privato publicum facere: Iam  
cui satis digne vel accommodatè dedicarem, (quædoquidem hanc om-  
ni tempore receptissimam consuetudinem prætermittere, vel fastus esse  
censeri posset, vel pusillanimitatis) aliquantisper hæsi. Equidem cum  
illud elaborarem Roma, cogita veram offerre Romano Pontifici; non  
solum quòd apud eum partus cresceret, eiusque munificentia forever-  
tur, dum honestissima Librorum occupationi in eius Bibliothecâ Vati-  
canâ incumberem; et quòd Romanus ego fide et ordinatione sacer-  
dos, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis scripta tractarem: sed potif-